+

idem mariti bona suprascripta generaliter omnia mor-
te prædicta Consorti suæ derelinquere, cum omni Jure
Dominio et proprietate, tenebit, habebit, et possidebit
1920 illaq[ue] quiete et pacifice ad extrema duntaxat Vitæ suæ
tempora Vti fructus post mortem Vero et de hac luce de-
cessum eiusdem mariti sui eadem bona suprascripta
morte eiusdem suprascriptæ Consortis suæ derelinquens
ad Successores suos, sine quovis impedimento et contradi-
ctione Successorum Mariti sui, totaliter et plenarie de-
volventur. His suis præsentibus personalibus recognitio-
nibus ad prædicta omnia et singula mediantibus.

# Dobrzanski Jaworskiemu Scriptum Roborat.

1233

Comparens personaliter Coram officio et Actis præsentibus
Castrensibus Capitanealibus Præmisliensibus Nobilis Mi-
chael Dobrzanski Szuskowicz Sanus mente et corpore exi-
stens a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq[ue] suis qui-
busvis propriis et Competentibus recedendo præsenti Vero
Castrensi Capitaneali Præmisliensi Jurisdictioni quo ad actum
hunc attinet, sesem Successoribus ac bonis suis generaliter
omnibus totaliter et plenarie incorporando atq[ue] subjicien-
do palam libere publice ac per expressum recognovit Quia
ipse se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter
omnibus, Summisq[ue] pecuniariis quibusvis habitis et habendis
inscribit et obligat præsentibus, Scriptum certum manuale per
se Recognoscentem, in rem et manus Generosi Andreæ Jawor-
ski Sinaczek, ratione certarum rerum et conditionum in
eodem Scripto manuali contentarum de actu et data illius
sic in Cancellaria Castri Præmisliensis die Sexta Mensis Au-
gusti, id est die hodierna in actu Contenta confectum
Conscriptum et datum, manu Nobilis Pauli Jaworski nõe

sui Vti

sui Vti Scribere ignorantis, et signo sanctæ Crucis per se Recognoscentem signatum et datum, Una cum paragra: pho Vno, in omnibus et singulis eiusdem Scripti manualis Conditionibus punctis Conditionibus punctis clausulis arti: culis, Vadio ligamentis, ac nexibus generaliter omnibus eidem Generoso Andreæ Jaworski Siwaczek ipsius, potle: ris, firmiter tenere, complere, exequi ac inuiolabiliter ob: seruare, omnibusq et singulis illius contentis, tam in toto qm in quauis minima parte, toties quoties opus fuerit satisfa: cere, Scriptum prædictum manuale ad Inscriptionem præ: sentem Roboratoriam, et Inscriptionem præsentem Robora: toriam ad prædictum Scriptum manuale, Vicissim in toto referendo. Idq sub Vadio summæ Centum Quinquaginta Septem Florenorum et grossorum Quindecim Polonicalium per eundem Recognoscentem Nobilem Michaelem Do: brzanski, siue eius successores prædicto Generoso Andreæ Jaworski Siwaczek, aut eius Successoribus, ob non comple: tionem contentorum, Scripti præfati manualis omnium et singulorum, tam in toto, quam in quauis minima par: te, toties quoties opus fuerit ad Soluendum Succumbens. Pro quo quidem Vadio modo præmisso ad Soluendum suc: cubito, ac pro re aliqua principali ex præmissis non com: pleta complenda Citatus existens memoratus Recognoscens Nobilis Michael Dobrzanski aut eius Successores. Ad In: stantiam Generosi Andreæ Jaworski Siwaczek siue e: ius porterorum ad officium præsens Castrense Capitaneale Præmysliense, ex hunc recessu Suprascripto, quo ad respon: dendum spectet mediante, Semper in primo Citationis ter: mino tanquam peremptorio, stare Iuripareve respondere, Va: dium præfatum luere, Inscriptioni præsenti Satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur, Seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat præsens:

eorundem Terminum primum peremptorium, ut et alios
omnes exinde consequentes causa eiusdem Terminos
semper peremptorios, vera infirmitate, pro maiori mi-
1922 norennitate, Successorum legatione intra vel extra Re-
gnum, servitio militari ad munimenta ad Exercitum
vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimen-
tis non differendo ad quietationem praeterea ultra
proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Premi-
sliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, nul-
lasque motiones appellationes, ac earum prosecutiones fa-
ciendo, ac praemissa omnia paenis simplicibus vel dupli-
catis, Evasionibus suspensionibus, fatalibus Iuris praescri-
ptione Terri bello Conventioneque, ac aliis omnibus Iu-
ris remediis et defensis non subterfugiendo, nec modo
alio ignorans evadendo. Haec sua praesenti personali re-
cognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

## Zamoyski Obrembskiego Quietat.

1333

Comparens personaliter Coram officio et Actis praesentibus
Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosus
Stanislaus Casimirus Zamoyski Sacrae Regiae Maiestatis
Capitaneus, sanus mente et corpore existens a Terris Districti-
bus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et com-
petentibus recedendo praesenti vero Castrensi Capitaneali
Praemysliensi Iurisdictioni quo ad actum hunc attinet se
cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totali-
ter et plenarie incorporando atque subiciendo palam libere
publice ac per expressum recognovit. Quia ipse Generosum
Casimirum Obrembski pro bene suae Cohortis Vexilliferum
ad praesens vero subdapiferum Parnaviensem, eiusque
posteros